



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Quæ scientia notitiáve practica sit, & quæ speculatiua, quid item sit  
praxis. art. 4. disp. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

*um, diffi-  
cili tamen  
numero.*

nostræ comparatione eiusmodi omnipium conclu-  
sionum, vna quedam species infinita constituenta  
sit. Puto tamen valde probabile, sicut ex diuersis  
conclusionibus generantur diuersi assensus nomen-  
tro: ita etiam diuersos habitus numero comparari,  
quorum quivis suam peculiarem conclusionem re-  
spicit. Quando enim accidentia essentialem respe-  
ctum habent ad extrinsecas, ut huiusmodi habitus ad  
distinctas conclusiones habent, nullum est incom-  
modum distincta numero accidentia eiusmodi spe-  
cies simul iæ eodem subiecto cohaerere; quoniam li-  
cer ex subiecto non habeant quod distinguantur,  
distinguntur tamen per respectum ad diversa ex-  
trinsecas, ut 5. Metaphysica oftensum est.

*Assensus &  
habitus Theo-  
logicus quâ-  
do distin-  
ctus  
sit specie ab  
assensu &  
habitatu alia-  
rum conclu-  
sionum.*

Non immerito dictum est haec tenus assensus, at-  
que adeò etiam habitus, conclusionum omnium, ef-  
fe vnius speciei infinitæ, quando ex solis reuelatis  
deducuntur: quia si simul accedat medium de-  
monstrativum ad probandum aliquam eiusmodi  
conclusionem, comparabitur scientia supernatura-  
lis specie distincta, ut suprà dictum est: tamen etiam  
quoniam satis probabile est, quando conclusio aliqua  
in Theologia deducitur: simul ex aliqua reuelata,  
& alia evidenter cognita lumine naturali, gene-  
rari assensum, & habitum distinctum specie, pro-  
pter concursum illum assensus naturalis alterius  
præmissæ.

*Fidei super-  
naturalis  
actus gene-  
rai habitus  
fidei natura-  
lum.*

Illud hoc loco obseruandum est, ex actibus fidei  
supernaturalibus digni habitus naturales credendi,  
perinde atque ex actibus naturalibus credendi  
casdem enuntiationes, idem ipsi gignerentur, ut 1.  
tom. 29. q. 1. art. 4. ostendimus. Ratio est, quoniam actus  
credendi naturales, eminenter continentur in su-  
pernaturalibus, & ob eam causam supernaturales  
actus producent effectum, quem naturales produ-  
xissent. Quare eiusmodi habitus naturalis circa ea,  
qua ad fidem pertinent, permanet in eo homine,  
qui, cum antea esset Catholicus, fidem per heresim  
amittit.

## ARTICVLVS IV.

*Quæ scientia, notitiæ præctica sit, & qua  
speculativa, quid item  
sit p[ro]axis.*

## DISPUTATIO I.

*Notitia pra-  
dicta quid.*

*Si creatura sit  
ordinatur  
suæ naturæ  
ad opera-  
tionem.*

*Divina non  
ordinatur ad  
operationem,  
sed solum  
preferuntur*

**A**NTEQVAM questionem hoc loco à Diuo Thoma propositam examinemus, operæ premium erit explicare tria illa, quæ proposita sunt. Quod ergo attinet ad primum & secundum, illa notitia præctica dicitur, quæ ei, in quo est, præscribendo certam rationem ac regulas, ostendit modum operandi. Vnde si quis eam habeat, facultatem quandam ad operandum habet, qua potentiæ executrices ad executionem operis diri-  
guntur. Ordinatur verò in rebus creatis suæ naturæ ad operationem, ut ad finem. Quenadmodum enim visus collatus est ab autore naturæ ad videndum, & intellectus ad intelligendum: ita huiusmodi notitia collata est per intellectum, & species intelligibles, gratia operandi, dirigendique voluntatem, & alias potentias executrices voluntatis im-  
perio subiectas, in suis operationibus.

Diximus, in rebus creatis suæ naturæ ordinari ad opus tamquam ad finem: quoniam in Deo ars atque notitia præctica, qua condidit vniuersa, non ordina-  
tur ad opus, ut ad finem: cum nihil existens for-

A maliter in Deo, ordinetur ad aliud tamquam ad finem. Discrip[er]is ergo illud, quod conseq[ue]uit tradi-  
modum operandi. inter notitiam practicam & speculativam, quod illa suæ naturæ ordinetur ad opus, ut ad finem, hæc verò minimè, intelligendum est: solum de notitiis creatis: ratio enim notitiæ practicæ, ut comprehen-  
dit tam creaturam, quam increata, in eo sita est, quod ostendat modum operandi, præscribendo regulas & rationem operandi ei, in quo est, ac proinde diri-  
gendo potentiam, vel potentias illius in suis opera-  
tionibus. Notitia vero speculativa est, quæ non ita præscribit, & ostendit modum operandi ei, in quo est. Vnde neque in creaturis ordinatur suæ naturæ ad opus tamquam ad finem, sed solum est sui ob-  
iecti perceptio, & contemplatio.

Ex dictis intelliges, ad notitiam practicam requiri in primis, ut obiectum suæ naturæ sit operabile ab eo, in quo est talis notitia. Quare notitia, qua Socrates cognoscet modum, quo planta progre-  
ditur in fabricanda rosa, ut scilicet prius radicibus attrahat, sicutaque humorem, deinde concoquat, ap-  
tique disponat, ac tandem florem ipsum præferat, edatque in lucem, non est in Socrate notitia præ-  
ctica, sed speculativa. Deinde ut notitia sit præctica, non satis est, quod obiectum sit operabile ab eo, in quo est talis notitia, sed præter id, opus est, ut sit operabile notitia dirigente potentiam ad eandem operationem: unde notitia, que cognoscit modum & progressum operandi, quo mea facultas nutriendi meum corpus nutrit atque auger, concoquendo prius nutrimentum in stomacho, deinde trahendo ad hepar, &c. non est præctica, sed speculativa. Quod si Deus subiiceret virtutem nutriendi, quam habeo, imperio meæ voluntatis, ita ut ad ipsum nutrimentum augeret, nutritaque corpus: hæc eadem notitia, qua scio modum, quem talis potentia feruare debet ad efficiendam nutritionem, iam in me rationis notitia præctica habetur: est enim ars efficiendi nutritionem, ad imperium voluntatis virtutem nutriendi dirigens.

Quare recienda est sententia Gregorij q. 5. pro-  
logi art. 2. afferentis, non esse necesse ad notitiam præctica, ut obiectum sit operabile ab eo, in quo est talis notitia, sed satis esse, si notitia regulas operandi præscribat. Regula namque, quæ natura feruat in suis operationibus, positæ in intellectu meo non habent rationem notitia præctica: quandoquidem in intellectu meo suæ naturæ non ordinantur ad dirigendam potentiam quo ad siam opera-  
tionem: requirunt ergo, ut præscribat regulas operandi id, quod suæ naturæ est operabile ab eodem subiecto, non quocumque modo, sed notitia ipsa dirigente potentiam in talem operationem: alioquin, si suæ naturæ in tali subiecto non ordinabitur ad opus, erit pura obiecti speculatio. Dixi: id quod suæ naturæ est operabile ab eodem subiecto, &c. quoniam satis est, si suæ naturæ sit operabile: licet propter aliquod impedimentum, subiectum non possit illud operari: sicut enim saltandi in claudio habet rationem notitia præctica, qui tamen saltare non potest. Argumenta verò Gregorij loco citato proposita, qua breuitatis gratia omisimus, facili ex dictis dissolvi poterunt.

Illud tamen hoc loco obiter notandum est cum Diuo Thoma quest. 14. de veritate, articulo quar-  
to, ut notitia aliqua simpliciter sit præctica requiri, ut formaliter dicatur de opere faciendo, si que regula operandi, ut sunt istæ, Deus est colendus: huic, vel illi morbo hoc, vel illud medicamentum est adhibendum: materies hac, vel illa ratione ad constructionem domus aptanda

*Notitia spe-  
culativa  
qua.*

*Conditions  
ut notitia  
præctica sit.*

*Gregorij sen-  
tentia reci-  
tur.*

*Philosophia  
moralis mul-  
ta conclusio-  
nae & noxi-  
tia specula-  
tiva sunt  
admixta*

*Praxis quid.*

*Sed de pra-  
sentia.*

*Impugnatio:  
Praxis esse  
potest opera-  
tio in intellectu.*

*aptanda est: quæ namque notitia formaliter nihil di-  
ctat de opere faciendo, etiam inde facile colliga-  
tur, aut intelligatur modus & regula operandi, for-  
maliter non est notitia practica, sed speculativa,  
quales sunt istæ: Deus est prima causa, summum bo-  
num, à quo in nos bona cuncta procedunt: unde infer-  
tur, ergo Deus est colendus: crastina die proper cer-  
tum quendam astorum aspernum, erunt veni & tem-  
pestes in mari: unde peritus nauta, qui simul eft  
astrologus, colligit, ergo non eft ea die nauigandum: domus eft regumentum conſecutum ad propulsandas  
temporum inutras: ex quo facile intelligitur, que pa-  
to singula: partes sim construenda. Hinc etiam fa-  
cile licet colligere, philosophia moralis multas effe  
admixtas conclusiones atque notitias speculatiavas,  
que formaliter nihil de opere faciendo prescri-  
bunt. Hæc de 1. & 2. eorum, quæ sunt initio dispu-  
tationis proposita.*

Quod vero attinet ad tertium, praxis Graecè idem  
est, quod Latinè operatio, seu actio. In proposito ta-  
men disputatione solum sumitur pro ea actione,  
que per notitiam practicam dirigitur, queque eft  
ipius obiectum. Vnde meritò dici potest, actio di-  
recta per notitiam practicam, si eam breuiter veli-  
mus describere.

Dubitari tamen potest hoc loco. Vtrum aliqua  
operatio intellectus sit dicenda praxis. Scotus quæ-  
fitione ultima prologi, defendit partem negantem, à  
quo eo in loco praxis definitur: *esse actus alterius po-  
tentia ab intellectu, naturaliter posterior intellectus, na-  
tuu elici conformiter rationi recta, ut si recta: atque  
idem clarius repetit inferioris.* Eadem senten-  
tia innuunt D. Thomas 1. 2. q. 17. art. 1. ad 1. & Ca-  
rietanus ibidem, atque Durandus q. 6. prologi art. 1.  
In eandem inclinat etiam Sotus q. 4. proemii in  
Dialecticam.

Pro hac sententia non video efficacius aliud ar-  
gumentum, quam commune illud dictum, nempe  
intellectum extensione fieri practicum: quod in-  
telligi solet de extensione, qua dicitur extendi, cum  
praxim dicat, dirigitur. Cum enim intellectum se  
extendere, non sit aliud, quam extra se tendere, si  
necessè eft, vt se feret ad hoc ut praxim di-  
cet, practicū fiet, profectò praxis semper erit ex-  
tra intellectum, ac proinde nulla operatio intellectu-  
s praxis eft poterit.

Contraria pars nihilominus est proculdubio af-  
ferenda cum Gregorio 5. q. prologi art. 1. Gabriele  
ibidem q. 10. & plerisque aliis, neque ab hac nostra  
sententia disider Capreolus 2. q. prologi conclusio-  
ne 4. & ad argumenta contra eandem conclusio-  
nem, si recte expendatur. Probari igitur potest hac  
sententia primò, quia omnis actus virtutis moralis  
est vera praxis, sed actus speculandi debitis debiti  
circumstantiis est actus virtutis moralis, non fe-  
citus atque actus dandi elemosynam: ergo sicut hic  
est praxis, ita etiam ille alius actus speculandi. Ma-  
ior probatur, quia scientia moralis, quatenus diffe-  
rit de actibus virtutum moralium, practica eft: ergo  
actus virtutum moralium praxes sunt: scientia enim  
dicitur practica ab obiecto, nimis à praxi. Mi-  
nor similiter probatur, quia quemadmodum actus  
dandi elemosynam imperatur à voluntate per vir-  
tutem misericordia, ita & actus speculandi adiun-  
ctis debitibus circumstantiis, imperatur à voluntate per  
virtutem quamdam, qua studiositas nuncupari so-  
let, & virtus moralis eft, vt 1. 2. vii. est: neque aliter  
collatio externa elemosyna imperata à volun-  
tate, est actus misericordie, quam actus speculandi  
imperatus à voluntate concurrentibus debitibus cir-

A cumstantiis sit actus virtutis studiositatis. Adde,  
vtrumque actum à prudentia dirigi, quæ practica  
eft, & circa proxim necessariò verari debet: quare  
non minus speculatio, de qua est sermo, praxis eft,  
quam ad ea elemosynam collocandi.

Secundò, sicut intellectus potest per artem &  
prudentiam ostendere & præscribere regulas ope-  
randi ad imperium voluntatis, actiones aliarum po-  
tentiarum, quæ imperio voluntatis subduntur: ita  
per artem & prudentiam potest sibi ipſi præscri-  
bere regulas operandi suas proprias actiones, quæ im-  
perio voluntatis subduntur: quo pacted per argu-  
mentum syllogismum sibi præscribere soleat re-  
gulas & modum quo fieri debet, vt recte conclu-  
dat: & per prudentiam sibi constitutre potest, quo  
tempore, & quantum, & quibus de rebus speculan-  
dum fit: ergo sicut actiones aliarum potentiarum,  
quando ita diriguntur, sunt praxes, & notitiae qui-  
bus diriguntur sunt practicae: ita actiones intel-  
lectus eodem modo directe erunt praxes, & notitiae,  
quibus diriguntur, erunt practicae.

Ad hoc argumentum in hunc modum repon-  
det Sotus: licet operatio intellectus, quando ita di-  
rigitur, sit quodam modo praxis, simpliciter tamen  
& absolute non eft praxis: quia praxis, vt ait, distin-  
guitur contra speculationem: unde cum omnis ope-  
ratio intellectus sit speculatio, nulla simpliciter erit  
praxis.

Hæc tamen solutio ex duobus capitibus peccat: *Impugnatio.*  
primò quod dicat, praxim distinguere contra specula-  
tionem: speculatio enim non distinguuntur contra  
praxim, sed contra notitiam practicam: unde licet  
notitia speculativa, quæ talis, non possit esse notitia  
practica, potest tamen esse praxis per compaginatio-  
nem ad aliam notitiam precedentem, à qua, vt per  
imperium voluntatis fiat, dirigitur. Sicut enim lar-  
gito elemosyna, permanens largito elemosyn-  
a, fortiter rationem praxis, quatenus dirigitur per  
dictam prudentiam: ita speculatio, permanens  
speculatio, fortiter rationem praxis, quatenus per  
aliam notitiam practicam dirigitur. Peccat secundò  
quoniam non omnis operatio intellectus  
est speculatio, si nomine speculationis notitiam spe-  
culativam inrelligat: sed quædam sunt speculatio-  
nes, quædam vero inter notitias practicas connu-  
merantur.

E Reicienda eft ergo definitio praxis tradita ab  
Scoto, non solum quia non omnis praxis eft alterius  
potentia ab intellectu, sed etiam quia non  
comprehendit omnem praxim: cum non comple-  
tetur praxim vitiōsam, qualis eft odium Dei, &  
aliorum similes, quæ non sunt apta elici conformiter  
rationi recta. Commune autem illud dictum, intel-  
lectum extensione fieri practicum, negari potest: cum  
neque sit Aristotelis, neque alterius, cuius autoritate  
premamur. Potest etiam dici, intellectum, cum  
dirigunt operationes quæ in eo habent rationem  
praxis, extendere se quodammodo ad actum vo-  
luntatis, quatenus proponendo voluntati modum,  
quo debent fieri, per imperium voluntatis eisdem  
dirigit.

F Ad id vero, quod peti solet, vtrum ad rationem  
praxis opus sit, vt operatio sit libera? responden-  
dum eft, non eft opus: sed sufficere si voluntas  
moveat ad operationem ex directione intellectus.  
Quod probari potest primò, quia eft Deus ageret  
ex necessitate naturæ, quod multi affirmantr Aristote-  
leum existimasse, adhuc ageret, per intellectum &  
voluntatem, intellectu ostendente modum ope-  
randi, & voluntate exequente fixta regulas artis.

*In quo sensu  
potest admitti  
intellectum  
extensione  
fieri practicum.*

diuinæ , naturāque ageret propter finem , ex direc-  
tiōne primæ caūſæ , vt Aristoteles . 2. Physicorum  
affirmavit , ipſumque opus naturæ eſſet opus intel-  
ligentia : ergo adhuc opera Dei ad extra haberent  
rationem praxis comparatione artis diuinæ , & ars  
diuina haberet rationem notitiae practicæ compa-  
ratione carum . Secundò , quia iudicium , quo beati  
iudicant Deum , quem clarè conspicunt , eſſe to-  
tis viribus diligendum , eſſe notitia practica , vt Sot-  
tos etiam affirmat in 4.d.49.q.1. art.4. conclusione  
ſ. eſſe enim directiua actus dilectionis : fed huius-  
modi dilectio , quæ comparatione talis notitia habet  
rationem praxis , non eſſet libera in beatis , sed natu-  
ralis : ergo ad rationem praxis non opus eſt , vt sit  
actus liber .

## DISPUTATIO II.

Vtrum sacra doctrina sit scientia practica.

**Q**uestio hæc non ſolum habet difficultarem in  
habitu conclusionum Theologiae , ſed etiam in  
habitu principiorum : quare quid de vtroque di-  
cendum ſit , diſputationem oportet . Pratermisſa igitur  
ſententia , tum eorum , qui dicunt Theologiam eſſe  
purè ſpeculatiuum , quā referunt Scotus: tum eorum ,  
qui afferunt Theologiam neque eſſe practicam , ne-  
que ſpeculatiuum , quam referunt , & impugnant  
Durandus & Scotus , tres extant celebriores ſen-  
tentiae circa quæſitionem proponitam .

**S**coti & Durandus opinio . Prima eft Scotti , quæſitione ultima prologi , aſſe-  
randi opinio . Non ſola Theologiam eſſe ſolum practicam ,  
non verò ſpeculatiuum . Quod si aduerſus Scotum  
obiiciat , & Theologia confiderari veritates aliquas  
ſpeculatiuas , vt Deum eſſe trinum in personis , Deum  
Pārem generare filium , &c. responderet etiam notitias  
harum veritatium eſſe practicas : quia ordinantur ad  
dirigendam dilectionem voluntatis noſtræ erga  
Deum : vt feratur in tres personas , & non in vnam  
ſolam , & vt tendat in Filium ut genitum , & in Pa-  
trem ut peronam generantem . In eadem ſententia  
ſunt Aureolus apud Capreolum 2.q. prologi , in ar-  
gumentis contra ſextam conclusionem , & Duran-  
dus quæſitione 6. licet Durandus loquatur de Theo-  
logia pro habitu eorum , quæ in Scriptura ſacra  
continetur .

**G**regorij &  
**G**abrielis  
**opinio.** Secunda eft Gregorij 5.q. prologi , Gabrielis q. 12. & aliorum nominalium , aſſerētum Theologiam  
quo ad nonnullas notitias , ſeu habitus eſſe practi-  
cam , quo ad alias verò eſſe ſpeculatiuum . Ceterū  
cum exiftim , non ſolum notitiam practicam ab  
ſpeculatiua ſpecie diſtingui , ſed etiam diuersarum  
conclusionum eiusdem integræ ſcientiæ habitus , &  
actus eſſe ſpecie diſtinguēt , dicunt Theologiam  
non contineat vnum habitum ſpecie , ſed multos  
ſpecie diſtinguēt .

**D. Thom.**  
**opinio.** Tertia eft D. Thomæ hoc loco afferentis , Theo-  
logiam eſſe vnuſ habitum , non ſolum ſpecie , ſed  
etiam numero in vnoquoque intellectu , eūmque  
nihilominus eſſe ſimil practicum , & ſpeculatiuum . Eandem defendunt Caſtanus hoc loco ,  
Capreolus 2.q. prologi , ad argumenta contra ſextam  
conclusionem , & Silvester in conflat . quæſit. 1.  
art.13.

**P**rima con-  
cluſio.  
**D**e habitu  
principiorum  
**T**heologiae . Sit igitur 1. concluſio . Habitus principiorum  
Theologiae , nimurum fides , vnuſ eſſe vnitate ſpecifica ,  
atque vna ſimplex qualitas comparatione omni-  
um , quæ fide tenentur : adiuncte nihilominus pra-  
cticus ſimil & ſpeculatiuum eft . Prior pars , nempe

A habitum fideli vnuſ eſſe vnitate ſpecifica , & vnuſ ſimpli-  
citem qualitatem , ab omnibus admittitur ; &  
patet ex dictis articulo p̄cedenti , diſputatione vi-  
tima . Posterior verò probatur primi , quia habens  
dicitur praticus aut ſpeculatiuum ab actu , ad quein  
eliciendum inclinat : ſi enim inclinat ad actu &  
notitiam practicam , dicitur praticus : ſi verò ad  
actu & notitiam ſpeculatiuum , dicitur ſpeculatiuum : ſed fides inclinat ad quofdam actus praticos ,  
quales ſunt hi aſſenſus ; peccata lethalia confienda ſunt ,  
vt ſalutem conſequamur : illud eſſe ex parte dimi-  
trare excepta formacionis cauſa : & ad quofdam ſpecu-  
latiuos , cuius generis ſunt iſti : Deus eſſe trinus & vnuſ .  
Pater generat Filium : hos enim ſpeculatiuos eſt , &  
illios praticos conſtar ex explicationib⁹ notitiae  
practicæ & ſpeculatiue diſputatione p̄cedenti  
traditis : ergo fides ſimil eft habitus praticus &  
ſpeculatiuum . Conſimilatur deinde , quia intellectus  
vnuſ numero exiſtunt , qua ratione elicit actu  
practicos , dicitur intellectus praticus : & qua  
ratione elicit actu ſpeculatiuos , dicitur intellectus  
ſpeculatiuum : ergo pari ratione fides , quatenus  
elicit actu praticos , ad eōque inclinat , diceretur  
habitus praticus : quatenus verò elicit actu ſpe-  
culatiuum , ad eōque inclinat , diceatur habitus ſpe-  
culatiuum .

Secunda concluſio . Aſſenſus fidei , quibus prin-  
cipiis Theologiae aſſentimur , omnes ſunt eiusdem  
ſpeciei : inter eos verò quidam ſunt pratici , quidam ſpe-  
culatiui : nullus tamen eft ſimil praticus &  
ſpeculatiuum . Prima pars oftena fuit articulo p̄-  
cedenti , diſputatione viitima . Secunda verò patet  
exemplis adductis in probatione p̄cedenti conclusionis . Tertia probatur , quia cum diuerſarum  
complexionum ſint in nobis diuerſi aſſenſus in  
hac vita , utrique de quoq; aſſenſu fidei , verum erit  
dicere , ratione & regulas operandi ab eo p̄ſcri-  
bi , aut non p̄ſcribi : ſi detur primum , erit praticus ,  
& non ſpeculatiuum : ſi ſecondum , erit ſpeculatiuum ,  
& non praticus : ergo nullus aſſenſus fidei ,  
principiorumve Theologiae , erit ſimil praticus &  
ſpeculatiuum .

Tertia concluſio . Aſſenſus conclusionum Theo-  
logiae omnes , aut ferè omnes , ſunt eiusdem ſpeciei :  
inter eos verò quidam ſunt pratici , quidam ſpe-  
culatiui : nullus tamen eft ſimil praticus & ſpe-  
culatiuum . Prima pars probata eft articulo p̄cedenti  
diſputatione viitima . Secunda ita ostendit poteſt .  
Nam aſſenſus huius conclusionis , in Deo ſunt qua-  
tuor relationes reales , eft ſpeculatiuum : quæ à Tholo-  
go in hunc modum deducitur . In Deo ſunt tres per-  
ſona relativa , vt ſides doceat , Pater ſcileat , Filius , &  
Spiritus sanctus : hac autem personarum diuerſio , nec  
eſſe , nec intelligi poteſt , niſi in Deo ſint quatuor rela-  
tiones reales , nempe paternitas , filiatio , spiratio aeterna , &  
spiratio paſſiva ergo in Deo ſunt quatuor relationes rea-  
les . Aſſenſus verò huius alterius , adulterium illiciuit  
eſſe ſub reatu culpe lethali , eft praticus : quan-ſi col-  
ligit Theologus , quod excludit à regno Dei , illiciuit  
eſſe ſub reatu culpe lethali : adulterium excludit à regno  
Dei , vt patet ex illo Pauli 1.ad Corint. 6. adulteri reg-  
num Dei non poſſidebunt : ergo illiciuit eſſe ſub reatu  
lethali culpa . Tertia pars eodem modo poteſt proba-  
bitur , quo tertiam partem conclusionis p̄cedentiis  
conſimilatur .

Quarta concluſio . Quod de aſſenſibus conclu-  
ſionum Theologiae p̄cedente conclusione ſtatutu-  
bitib⁹ Theolo-  
gicā .